

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



se sequentes perducit. **E**t cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu. Primo ergo humilitatem et obedientiam docet quia humilitas est omnium bonorum operum fundamentum et obedientia magis placet deo quam uictima. *S. m. Incom.*

*Nullo t. v. i. v. s.* Attendite a fermento phariseorum quod est ypocrisis. Nihil est operatum quod non reuelet. et occultum quod non sciatur. *Et vel. Leonis pape.*

**P**rosciens dominus et saluator noster multos in sancta ecclesia aduentasse perfidos et impios homines qui uirtute sancte dei ecclesie suis sancte intererent erroribus monet discipulos attendere ab his qui se simulant esse iustos et non sunt qui se solum opera bona facere sed omnia quocumque faciunt propter humanam laudem faciunt.

**F**ermentum uero doctrinam phariseorum et hereticorum intelligere possumus de qua nos apostolus admonet dicens. Expurgate uetus fermentum de cordibus uestris. id est consuetudine uiciorum auferre. nam sic fermentum medicam totam massam farine cui inicit corrumpit. sic nimirum praua doctrina hereticorum cuius semel inbuitur animi totam uirtutum sinceritatem et uerum statum commaculat. **S**icut summo opere fratres nobis cauendum est ne per exempla prauorum operum fermentum malicie seminemus in uerbis. ita et uerbis sollicite conseruandum est ne uerbum uite eterne quod predicamus nobis uentus temptatoris dyabolice auferat de cordibus uestris uel si pusillum aliquid a nobis boni operis conspicitis imitari uos non pigeat. *S. m. Athanasium.*

*Nullo t.* Sedente ihesu super montem oliueti accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes. Dic nobis quando hec erunt. et quod signum aduentus tui et consummationis seculi. *Et vel. Omel. venerabilis Bede presbiteri.*

**S**edens dominus supra montem oliueti contra templum de ruina ipsius et occidit iudeice gentis disputat ut etiam ipso situ corporis sui mystice demonstraret. quia quietus manens in domo sancte ecclesie qui est uerus mons